

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2340

Autre(s) référence(s) : ARTEM 2750

Auteur(s) : Henri Ier, Eu (comte)

Bénéficiaire(s) : Eu, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1119

Action juridique : fondation

Langue du texte : latin

Analyse

Le comte d'Eu, Henri Ier, autorise les chanoines de l'église Notre-Dame à vivre en communauté et leur confirme leurs biens en les énumérant.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 6 H 6 (2).

Éditions principales

a. Deck Suzanne, *Une commune normande au Moyen Âge, la ville d'Eu, son histoire, ses institutions (1151-1475)*, Paris, Champion (Bibliothèque de l'École des Hautes Études. Sciences historiques et philologiques ; 243), 1924, n° 1, p. 241-244.

Texte établi d'après a

In nomine sancte et individue Trinitatis, ego Henricus Augensis comes. Petitioni quorumdam Augensium canonicorum, prius sub mea manu seculariter viventium, nunc vero secundum regulam beati Augustini, claustro et communi habitatione simul vivere desiderantium, assensum prebens, in presentia domini Goiffredi, Rothomagensis archiepiscopi, concedo ut redditus prebendarum ipsorum, qui prius secundum antiquam illius ecclesie constitutionem, divisim singuli a singulis personis possidebantur amodo quia communiter vivunt communes in perpetuum habeantur. Quod si quis reliquorum canonicorum quibus nondum eadem inspirata est voluntas aliquando ad eorum conversationem transire voluerit, redditus quem prius per se possidere videbatur supradicto modo fiat communis : ceteros vero qui vel in priori proposito usque ad mortem perseverare vel in alio loco vitam quocumque ordine mutare voluerint post eorum mortem, vel vite mutationem, redditus ad istorum victum et communitatatem transeant. Omnes autem redditus prebendarum et ea que ad thesaurum ecclesie pertinent ita libere et quiete eis et eorum ecclesie, libere ab omni consuetudine concedo, sicut ab antecessoribus meis vel ceteris fidelibus, vel a me ipso donati sunt et sicut ecclesia Augensis liberius et quietius visa est possedisse. Et si quis baronum meorum, vavassorum vel burgensium supradicte ecclesie de agris suis, domibus vel redditibus donaverint, salvo meo jure et hominum meorum, nisi ipsi sponte promiserint concedo. Quod, si quis canonicorum secularium de rebus ecclesie pertinentibus, sine concessu meo aut antecessorum meorum et totius capitulo, quoquomodo a prebenda sub jure alterius tituli alienaverit, postquam prebende ad communitatem regularium pervenerint, omnis eorum donatio vel venditio in irritum revocetur. Liceat etiam eis, more aliorum clastralium, quotquot fratres voluerint, me non requisito, in eodem loco canonice ad Dei servitium conjungere et suorum

abbatum liberam electionem secundum Deum canonice facere. Nec ulli abbatum liceat, bonos usus ecclesie, qui secundum veram religionem in eadem instituti sunt, ullo modo infringere. Huic autem concessioni testes affuerunt Willelmus de Roumare, Ansellus de Frellville, Goscelinus de Criolio et plures alii. Ego vero Goiffridus, Rothomagensis archiepiscopus, prescriptam institutionem regularium canonicorum Augensis ecclesie, Dei et nostre metropolitane sedis auctoritate confirmo, et ne quis huic rei, vel contradicere, vel aliquod impedimentum aliquando inferre presumat, sub anathemate prohibeo. Anno domini M^o Cmo XIXmo Ludovico regnante in Gallia. Henrico rege Anglorum principante in Normannia, in capitulo sancte Marie Rothomagensi presentibus, Audino Ebroicensi episcopo, Rannulfo Dunelmensi episcopo. Willelmo abbe sancti Audoeni, Rogero secretario, Ricardo archidiacono, Osmundo archidiacono et quibusdam aliis canonicos sancte Marie. Ego autem Henricus predictus comes Augi, presentibus omnibus predictis testibus, ipsos canonicos et ecclesiam ipsorum et que ad ipsam pertinent sub tutione domini Goiffredi Rothomagensis archiepiscopi et successorum ejus dimitto. Que autem sint illa que antecessores mei ecclesie Augensi dederunt, et ego Henricus comes, ex parte mea donavi, ne aliqua in posteris controversia oriatur, aut de ipsis rebus aliquid fraudulenter surripiatur, apicibus infra scriptis presentibus et futuris significare volui. Scilicet totam parochiam Augi cum ecclesiis et omni decima tam de animalibus, quam de frugibus ; terram de Monte de Furcis ; et terram juxta Tilleum ; et campum in valle de Culmont ; et IIIes curtillos juxta fossatum Sancti Johannis, terram Hasculfi decani cum hospitibus ; mansionem Wandregisili, masuram Roberti Cantoris in opido ; I alteram juxta Sanctum Petrum ; masuram Osmundi cum hospitibus de atrio sancti Johannis ; massuram Goscelini in veteri opido ; ortum Rogeri Danihel, et IIos hospites ante domum Asselini ; masuram Guiboldi in veteri opido : duas cambas cum Osberto burgis et aliis hospitibus ; tres masuras in castello, duas cambas Osmundi et Ilberti ; sinalia de tota parochia Augi usque ad crucem de Glandis ; decimam molendinorum Augi ; solidos quinquaginta duos per omnes annos de foresta ; decimam porcorum, cervorum, capreorum de foresta et piscium aque Augi ; masuram juxta domum Bosonis ; decimam de essartis Tilleii ; masuram juxta domum Arnulfi Sacer ; duos solidos laurentius de censu Petri Fransini ; decimam de hospitibus Augi et de camba Petri Laaset, et de Ponte, et de Marese, et de Sancto Hilario, scilicet de censu Gaufridi de Balliolo et de pescatoribus suis Ulterisportus ; decimam de virgulto Ilberti sub castro ; masuram ad Haruncurt ad ferendam aquam ; et mansiones proprias canonicorum liberas ab omni consuetudine, et teloneum propriarum rerum et familie proprie, et nemus quietum ; decimam de Bosroculti, de Culmant, de Brunvilla, de Maisnil Osmont ; ecclesiam de Stenelunda, atrium cum omnibus decimis de parrochia ; ecclesiam de Floscis, atrium cum omnibus decimis de parrochia ; ecclesiam de Criolio cum omnibus decimis de totis parrochiis scilicet de Caisneto, de Maisnilval, de Sefrevilla, de Guttevillia, de Maisnil Goscelini ; atrium Sancti Albini cum terra que data est ecclesie et alia terra que diffusa est per campos ; sedem navis cum aquaria ; quatuor prata ; ecclesiam de Tochevilla cum cantuaria ; ecclesiam de Sinevilla cum decima, ecclesiam de Caabla cum tercia parte decime de parrochia, scilicet de Bosctrosebot, de Bos Galterio, d'Alvier ; ecclesias de Blangeio sancti Dionisii cum aliis ; terciam partem decime de parrochia de Fontanis, de Boistelmaisnil, de Capeni, et de quodam feodo Ansieri totam ; et de Buscom et de dominio comitis et de terra Abraham totam ; et terram Sancti Dyonisii, et IIIor curtillos juxta sanctum Dyonisium ; curtillum de Fontanis, campum de Sancte Marie, pratum, IIIor masuras ; de integro brasario dimidium hamecel ; de lana, de agnis, anseribus decimam ; ecclesias de Fulcarmont cum omni decima de dominio comitis et de quibusdam feodis et de omni parrochia terciam galbam et de agnis ; terram que pertinet ad ecclesiam juxta ecclesiam Sancte Marie, hospitum I et ex alia parte alterum de feodo Balol, dimidium modium frumenti et dimidium grose annone ad molendinum ; ecclesiam de Fanencurt cum tercia galba ; ecclesiam de Pelcervin similiter cum tercia, sedem grantie ; ecclesiam de Osbermesnil et omni decima de parrochia frugum, animalium, de Arrables, de Gornai, de Esartis ; in platea ville ante ecclesiam IIIes mansiones Walteri Sacer, Ramerii Sutor, Guillermi Parmentarii et teloneum eorum infra terram, atrium et campum ab ecclesia usque ad Tilium ; terram Manz cum bordario ; decimas virgulti et caseorum de dominio domini : apud Augum curtillum Bernardi Fullonis ; alterum, ante domum Goiffredi Rufi de Criolo ; apud sanctum Remigium IIas partes decime et IIas de feodo Giermundi, excepto dominio Wilemi et feodo Henredi ; omnium agnorum qui in terra sancte Marie nutriti erunt due partes ecclesie Augi erunt ; ad Acummaisnil IIIor hospites et omnem decimam eorum et campartum ; ad Bosc Ricardi IIos hospites et decimam eorum et campartum. Hii sex hospites V solidos reddunt ad festum sancti Remigii : et nemus de Catebos, due partes decime de feodo Aligni de Puteo ; viginti solidos de feodo Albani de Rongunval ; decimam molendinorum Ingeranni de Scotiniis, de domino Balceni summam pisorum vel frumenti et multos colibertos in terra Pontivi.

Hec sunt que antecessores mei et alii fideles ecclesie Augi concesserunt et ego Henricus comes, sub cuius tempore canonici prius seculares regulares mutati sunt ; hec subscripta dedi vel alio donante.